Ad num. 4: AD N. 4

GS/16 1

1) Pag. 10, linn. 2-3; pro "Evangelii" scribatur "Sacrarum Scripturarum" (1 Pater); pro "interpretandi" scribatur "illuminandi", nam prima vox a marxistis suo sensu usurpatur (1 Pater)

~~RxRx~~
Resp. prop: Vox "Evangeliun" sumitur in sensu ampliori, scilicet quatenus totam S.Scripturam et praeconium apostolicum comprehendit. Servetur "interpretandi" quia maxime convenit cum "signis temporum"; ceterum vox illuminandi esse repetitio cf. "Evangelii luce"

2) Pag. 10, lin. 5: post "relatione" addatur "pro sua parte" nam non sola Ecclesia sensum dat vitae futurae vel saltem praesenti (1 Pater)

Resp. Prop:

Sensus textus non est exclusivus sed simpliciter assertivus

3) Pag. 10, lin. 7 : deleatur verbum "eius" quia superfluum (1 Pater)

Resp. prop. Admittitur

4) Pag. 10, lin. 10 : deleatur "gradatim", ~~xxx~~ quia contradicit "celeres" (1 Pater)

Resp. prop.:

Non datur contradictio cum haec verba ad diversa se referant.

5) Pag. 10, lin. 11ss: scribatur post "extenduntur", "Haemutationes ab intelligentia et industria creativa hominis ortae et promotae in ipsum hominem incidunt et influxum in eius modum cogitandi, etc..." ad clarificandum textum (1 Pater).

Resp. prop. Textus approbatus est sufficienter clarus.

PATRIMONIO UC

6) Pag. 10, linn. 13: auferantur verba "tum circa res tum circa homines", nam textum aliquatenus enervant et inducunt fastidiosam iterationem verbi "homo" (1 Pater)

Resp. prop:

Verba videntur necessaria ad sensum explicitiorem reddendum.

7) Pag. 10, linn. 13: post "homines", addatur "influunt". (1 Pater).

Resp. prop: Non est necessarium

8) Pag. 10, linn. 14: post "quae" addatur "etiam", ne sensus videatur exclusivus (1 Pater)

Resp. prop. Admittitur.

PATRIMONIO UC

9) Pag. 10, linn. 16: pro "accretionis" scribatur aliud vocabulum magis usuale (1 Pater).

Resp. prop. Providebitur in versionibus.

10) Pag. 10, lin. 18: pro "redigere valet" scribatur "redigit", ne insinuetur incapacitas hominis ad hoc (1 Pater).

Resp. prop.

Agitur in textu non de incapacitate radicali, sed de conditione concreta hodierna in quibusdam adiunctis.

11) Pag. 10, linn. 18-20 : scribatur "Saepe de seipso magis incertus apparet et anceps haeret de ipsis principiis vitae socialis", quia non est certum homines nostri temporis secreta cordis altius penetrare (1 Pater).

Resp. Prop. Textus agit de miro progressu scientiarum psychologicarum, quod nequit in dubium revocari.

12) Pag. 10, linn. 22-23: post "Nunquam" addatur "ut hodie", et post "fame" addatur "egestate" (1 Pater).

Resp. prop. Prima additio non videtur necessaria, secunda accipitur et scribatur "egestateque"

13) Pag. 10, linn. ~~24-25~~ 24-26: dubitatur de veritate huius affirmationis. Concilii non est de rebus historicis indicare vel circa easdem comparationes instituere, sed simpliciter de factis loqui (1 Pater).

Resp. prop.

Si genus humanum prae oculis habetur, et non tantum aliquis ~~pr~~ populus, sententia videtur certa.

14) Pag. 10, ~~linnxx~~ lin. 25 : post "sensum" addatur "personalis" (2 Pater)

Resp. prop. Restrictio non videtur necessaria

15) Pag. 10, lin. 26: pro "psychologicae" scribatur "~~indiv~~ individualis" (15 Patres) vel "psychicae" (1 Pater)

Resp. prop. Scribatur "psychicae",quod verbum satis innuit agi de re individuali.

16) Pag. 10, lin. 29: Deleatur "politicae" ne videamur vitam politicam ~~vitam politicam~~ condemnare (1 Pater)

Resp. prop. De vita politica atque de legitimis diversitatibus schema loquitur postea, sc. in cap. IV Pars II, n. 78 pag. 55 lin. 10 - 16

17) Pag. 10, lin. 31: Pro "destruentis" scribatur "destructuri" (1 Pater)

Resp. prop. Admitti potest.

18) Pag. 10, lin. 32: pro "commercium" scribatur" communicatio" (1 Pater); post "augetur" addatur "magis apparet" et in lin. 33 pro "induunt" legatur "induere" (1 Pater)

Resp. Admittantur

PATRIMONIO UC